



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

II. Controuersiarum quis Iudex?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

Remittit. Præcipit Innocentius III. ut procurer episcopus officia diuina linguis diuersis celebrari ubi diuersarum fuerit linguarum populus. 4. Finis Diuinorum est instructio, Consolatio, Edificatio: quæ nulla sunt in linguæ vsu ignota, &c.

**AUTOR.** Vulgares versiones non prohibet Ecclesia; sed earum vsum cuiuslibet profuturi non probat. Hebræam tamen puramque Græcam, & Latinam oppidè colit, & obseruat. 1. Quia ab tempore Esdræ vulgaris esse desit Hebræa lingua per 70. annorum captiuitatem Babylonicam: attamen Lex in sola Hebræa prælegebatur populo. 2. *Esd. 8.* Sic etiamnum hodie assolet Iudeis. 2. Quia Apostoli omnibus linguis prædicarunt; at solum Hebræam & Græcâ scripserunt; forsân & Latinâ. Et Paulus Romanis Græcè scripsit. 3. Cõmunicatio nationum vnitasque fidei rectius seruatur in communissimis linguis. 4. Quia Inconuenientia plura se dant ex vulgarij vsu linguarum. *Bel. cap. 15.*

**DICO AD I.** Ibi agitur de Exhortatione spiritali: non præcipuè de Officijs diuinis. Ita S. Patres, Cypr. Aug. Bas. Amb. &c. Deinde Officia sat est si vnus, aut plures intelligant, & respondere sciant. *Demum* de Canticis spiritualibus ibi potissimus est sermo, de laude Dei, oratione gratiarum actione: hæc popularia sunt; Officia verò Clericalia sunt.

**Ad II.** Non labiorum solorum, nec intellectus solius oratio; sed cordis puri & affectus deuoti, honorat Deum; etsi non intelligatur ab orante seu audiente illam.

**Ad III.** De sola Hebræa & Græcâ ibi fit sermo; non de vulgaribus.

**Ad IV.** Finis præcipuus Diuinorum officiorum est cultus Deo debitus ab Ecclesia: at Cleri est populum docere, solari. &c.

### QUESTIO II.

*Sine S. Scriptura per se ipsam intellectu facilia & aperta?*

**LUTHERVS** in præfat. assert. artic. *Scriptura per se* *certissima, facillima, apertissima est sui interpreti, immo omnia probans; inuisans &c.* Dicit ibid. clarior rem esse omnium Partium scriptis. Addit amen a. 1. 1. Si quid hæc sit obscure, explicari alibi: 2. Item clara per se, obscura sit suis, e. bis & infidelibus, obp. vum aff. cum; 3. Breuius in proleg. contra Soto, obsecu am subinde v. deti ob ph. aces Hebræismi & Græcismi. Sic plerique Lutherani.

**CALVINISTÆ**, apud Ioan. Scharpium in cursu Theol. controu. 7. de Scriptura, ad Iacobum Angliæ Regem anno 1620. *In verbis sæpe difficultas: at in rebus articuli fidei manifesti.* 2. *In se scriptura est perspicua; at nobis difficilis, ob cæcitatem, & ignorantiam, aut curiositatem, quod expressis in ea non contenti curiosa indagamus.* 3. *Dogmata quædam in se sunt obscura, ut de Deo Trinuno &c. Quatenus tamen expediat, ut ea cognoscamus; sunt manifesta.* 4. *Scriptura claritas, respectu nostri. Interna cordis, oriet illuminatione Sp. Sancti; cum naturali acumen omnia sint obscura. Et ea claritas est fidei, & solida notitia. Exterea, in verbis est posita; Sic dogmata in Scriptura expressa plane sunt omnia, ut ea vel impij, imò & demones ex scriptura intelligant, historicè solus.*

**SVADENTISTIS.** 1. *Deut. 30. Mandatum quod præcipio tibi, non supra te est, &c.* Breuius, addit, *Ut non sit opus ire Romam.* 2. *Phil. 18. Præceptum Domini lucidum illuminans oculos &c.* 3. *Habem. 2. Pet. 1. firmiorem propheticum sermonem; cui benefacitis attendite, tanquam lucerna lucenti in calig. loco.* 4. *Quod si opertum est Euang. 2. Cor. 4. in iis, qui perierunt, opertum est: in quibus Deus huius sæculi excacauit oculos infidelium.* 5. *Vetus Test. e-rat liber signatus, Isa. 29. at in Nouo est a-*

peritus

peritus ab Agno, Apoc. 5. Ideo Mat. 27. *velum templi scissum est*, in signum, &c.

**AUTOR.** Scriptura s. hic facilis est; obscura isthic. 2. Pet. 3. *In epistolis Pauli sunt quadam difficilia intellectu; quæ indocti, & instabiles depravant; sicut & cæteræ Scripturæ: ad suam ipsorum perditionem.* Difficilia, ait, absolutè; non solum indoctis, vt hæretici volunt. 2. Sic S. Patres apud Bell. l. 3. c. 1. 3. Ratio S. Chryf. hom. 44. *in Matt. op. imper.* Quia Deus voluit alios esse Magistros, alios discipulos. *Deinde* Ne elata non tam utilis, quam contemptibilis foret. *Item* quò ad Res, obscura est in altissimis mysterijs: Quoad Modum, sæpe videntur contraria loca; Verba sunt & orationes ambigux; Imperfectæ; Præpostera in ordine; Hebraïstai. 4. Si clara; cur Lutherus, Calvinus, &c. tot tantaque Commentaria in eam fuderunt? Vt Osiander contra Melancht. dicat, de sola Iustificacione secundum Scripturas! ultra XX. sententias versari diuerfas. Vnde Lutherus lib. contra Zvving. & Ocolamp. *Si diutius steteris mundus, iterum fore necessarium, vt propter diuersas interpretationes, quæ nunc sunt, ad conseruandam Fidei Vnitatem, Conciliorum Decreta recipiamus.* Idem in præfat. ad Psalmos: *Nolim id de me præsumi, quod nullus adhuc præstare potuit sanctissimorū & doctissimorum, id est, Psalterium in omnibus suo legitimo sensu intelligere & docere.* Multa sibi reseruauit Spiritus, quò nos semper discipulos habeat: multa solum ostendit, vt alliciat: multa tradit, vt afficiat. Infra. Scio esse impudentissima temeritatis eum, qui audeat profiteri, vnum Scripturæ librum à se in omnibus partibus intellectum. Similia Brennius, Kemnitius, &c.

**DICO AD I.** De tota Scriptura quæritur; non de sola Mosaica lege: vnde ex parte malè de toto concluditur. Deinde S. Patres id capiunt de facilitate implendi mandata Decalogi: *Tert. Orig. Ambr. Chry. &c.* Alij de facilitate Intelligendi id accipiunt; vt *Abulensis &c.* Ideo subditur: *Prope est sermo in ore, in corde tuo:* nam Decalogus est legis naturæ. Dauid, vbi difficilem sibi legem dicit, respexit ad totam Scripturam.

**AD II.** Idem è contrà orauit, Psal. 118. *Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam.* Psal. 135. *Faciem tuam illumina super seruum tuum, & doce me justificationes tuas.* Clara igitur lex Moysis est per se, quoad literam, sensum literalem, & omnem sensum per accidens, si illuminatio DEI accesserit. Sensus enim literalis iam est expressus; vt, *non occides:* iam implicitus, dum idem prohibet iram.

**AD III.** Scr. intellectæ illuminantæ ideo Eunuchus ait: *Quomodo possum, si non aliquis ostenderit mihi?* Eunt in Emmaus illuminati facilè Scripturas intelligebant. Deinde à Prophetiis veteris Testam. malè inferitur de tota Scriptura: Neque illa temper clara est; teste Eunuchò: quia 2. Cor. 3. sub ænigmate prophetabant de Christo: ideo iubet, Ioh. 5. *Scrutamini scripturas.*

Apocalypsin, Daniele, Ezechiel. quis sat vnquam intellexit? Ideo laudantur *Ascendentes:* Iubentur *Scrutari.* Monètur, *Quòd omnis prophetia scripturæ propria interpretatione non fit.* &c. Rom. 11. *Quis enim cognouit sensum Domini?* I. Cor. 12. *Nūquid omnes Doctores.* &c.

**AD**

AD. IV. Agitur ibi de Euangelio Prædicato infidelibus: non de scripto. Vnde I. Cor. I. *Nos prædicamus Christum crucifixum; Iudæis scandalum; Gentibus stultitiam. Deinde; Clara prædicatio; sed incredulis obscura Fides: quia Scripturam vel non intelligunt, vel non credunt. Indicabat id velamen, Moysis faciei oppantum. Demum: Mysteria credentibus sunt certa omnibus; multis clara: Scripturæ tamen non multis; minus omnibus liquet.*

AD. V. Iam liquet scriptura credita, quoad verba, sensum literalem, & mytheria præfigurata aut prophetizata. Ipsa Apocalypsis cui aperta est? At credita est, & exposita Ecclesiæ sat liquet.

### QVÆSTIO III.

*An sit cuiusvis Biblia legere, & Interpretari?*

LUTHERANI & CALVINIANI iuxta, ceterique, I. Sibi sumunt Scripturam è qua vis in quamlibet linguam vertendi licentiam: item Hebræam, Græcamque, Latinamque interpretandi ad libitum. Hinc à vera lectione ac Interpretatione in diuersa abeunt, ac obscèrè discrepant in & verbis, & sententiis, quin & libris quoque; Scripturarum mutatis, mutilatis, omissis, eiectis, additisque nouis. Liquet è iusta superius allata eorum querela: Cui addit Lutherus ibid: *Istis nihil proficitur, nisi quod discrepantia lectionum turbat memoriam, remoratur studium, ac in multis locis incertiores dimittit legentem, quam fuerat.* Rauchlinus in Concord. hebræ. *Multa translationes Bibliorum prodeunt; quas melius fuisset non natus esse, vel statim interisse.*

SVADENTISTIS communem vulgo lectionem fieri Scripturarum. I. Quia Mandat omnibus Dominus, Ioan. 5. *Scrutamini Scripturas.* 2. Beroënses Act. 17. *quotidie scripta-*

bantur scripturas. 3. Dominus oratione sua ostendit, plus inesse luminis diuini parulis & abiectis, quam sapientibus & clariis. Matth. 11. Ergo.

AVTOR. I. Prælegere, & exponere Scripturas proprium est ad hoc deputatis & instructis. I. Quia in Ver. Test. Sacerdotum erat, Tuba canere, docere populum, consulere Deum, responsa Deo ferre etiam ad sanctissimos. Iosu. 6. Deu. 24. 2. Reg. 14. Malac. 1. *Labia Sacerdotum custodiunt scientiam.* In nouo Test. Epl. 4. *Constituit Deus. QVOSDAM, non omnes, Doctores et Pastores, ad consummationem sanctorum, in adificationem Corporis Christi.* Proinde, Act. 20. *Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo posuit Vos præ omnibus. Deus &c.* 2. Tim. 4. *Attende lectioni, adhortationi, doctrinæ.* 25. 2. S. Hieron. l. 1. contra Pelag. queritur hæreticos; quibus plebis sibi colligant fauorem; scientiam legis quibuslibet, etiam mulierculis, tribuisse. Idem insinuaturfætitatum, lac. 3. *Nolite fieri plures Magistri, nec Sciens, quoniam maior iudicium sumitis.* 3. S. Petrus, ut S. Hilar. l. 2. de trinit. et. l. 2. ad Constantiam: S. Hieron. in Gal. 1. S. August. l. 12. Confess. c. 25. &c. docent; Non aliamde tot ortas hæreses, & schismata proleminata; quam quòd quivis Scripturam legeret, iudicaret, & sua ad commenta commodaret.

II. Vnum demus in Exemplum Lutherum, Magistrum vulgaris Magisterii super Sacras Scripturas, quem ipse in interpretando deferat honorem Scripturis. I. Blasphemat subinde: Vt Tomo 2. Wittembergensi fol. 226. b. *In principio creauit Deus cælum & terram: id est: voravit cucullum chryseati cum pla-*